



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum Deus possit odio haberi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

dicendum est, si est spes correctionis, quia vel coram ip[s]is erit beneficus respiciet, vel quia uexatio dabit intellectum, absque dubio ex charitate demonstrandum est si iteratur peccatum, pp rationem Aug. si quia fratres nostros, quos indicando corrigere possumus, non debemus tacendo permittere peccare. Nec hoc est exploratorum fieri alieni uitae, sed occurrente morbum proximo uelle demonstrando curare, ex quo simplex admonitio non sufficit ad curam illius. Sapiens, n. & amicus me dicus infirmu[m], si non pot[est] leniori remedio curare, grauiori un[de] ad medelam. Nec est uerum, quod magis esset secundu[m] charitatem indicare ei, qui impediret iteradum actum, quoniam hoc remedi[um] non est curatiuum morbi, qui impeditus a reiteratione, reiteraret si posset. Charitas aut[em] querit sanare morbu[m] proximi, & p[ro]pterea suadet demonstrare iteradu[m] acti, ne putrefcat occultus morbu[s]. No[n] t[ame]n p[ro]pterea o[mn]ia officio danda est, ut iteret acti[m] malum q[ui] non sunt facienda mala, ut eueniant bona: sed p[ro]mittendus est iterare adhibitis testibus, ut uel sic curetur. Omnis, n. fructus est, ut auferatur peccatum.

Art. 6. huius quæst.

* Id inquit Hier. Mat. 18. tom. 9. Loco citato in cor. artic. Aug. i Reg. cap. 27. Homil. 6. in Math. par. ante mediu[m], tom. 2.

rectione, per secretam admonitionem procedendum est. Ex quo autem probabiliter iam cognoscere possumus, quod secreta admonitio non ualet, procedendum est ulterius, quantumcunque sit peccatum occultum ad testium inductionem. Nisi forte probabiliter estimaretur, quod hoc ad emendationem fratris non proficeret, sed exinde deterior redderetur, quia pp hoc est totaliter a correctione cessandum, ut supra dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod homo non indiget testibus ad emendationem sui peccati, quod tamen potest esse necessarium ad emendationem peccati fratris: unde non est similis ratio.

AD TERTIUM dicendum, quod testes possunt induci propter tria. Vno modo, ad ostendendum, quod hoc sit peccatum, de quo aliquis arguitur, ut Hier. dicit. Secundo modo, ad conuincendum de actu, si actus iteratur, ut Aug. dicit in regula. Tertio modo, ad testificandum, quod frater admonens fecit quod in se fuit, ut Christus dicit.

AD QUARTUM dicendum, quod Augustinus intelligit, quod prius dicat plato, quod testibus, si in quodam prelatu[m] est quaedam singularis persona, que magis potest prodesse quam alii, non autem quod dicatur tamquam Ecclesie, sicut in loco iudicis resident.

QVAESTIO XXXIII.

De odio in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de uitijs oppositis charitati.

Et primo, de odio, quod opponitur ipsi dilectioni. Secundo, de accidia, & inuidia, que opponuntur gaudio charitatis. Tertio de discordia & schismate, que opponuntur paci. Quarto, de offensione & scandalo, que opponuntur beneficentie, & correctioni fraternae.

CIRCA primum quaeruntur sex. Primo, Vtrum Deus possit odio haberi.

Secundo, Vtrum odium Dei sit maximum peccatorum.

Tertio, Vtrum odium proximi semper sit peccatum.

Quarto, Vtrum sit maximum inter peccata, que sunt in proximum.

Quinto, Vtrum sit uitiu[m] capitale.

Sexto, Ex quo capitali uitiu[m] oriatur.

non procedere ad conuincendum hominem taliter peccatum est tale, quod sibi soli nocet. Secundo, si alio[m] documentum, uel p[ro]p[ri]is quoniam non est infra latitudinem oculorum copu[m], quod alios non

ARTICULVS PRIMVS.

Vtrum quis possit Deum odio habere.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod Deum nullus odio habere possit. Dicitur Dionysio 4. capit. de diu. nomi. quod omnibus amabile, & diligibile est primum bonum, & pulchrum: sed Deus est ipsa bonitas, & pulchritudo: ergo a nullo odio habetur. 2. Prater in apocryphis Eldre dicitur, quod omnia inuocant ueritatem, & benignantur in operibus eius: sed Deus est ipsa ueritas, ut dicitur Ioan. 14. ergo omnes diligunt Deum, & nullus eum odio habere potest.

3. Prater. Odium est auersio quam: sed sicut Dion. dicit in 2. de diu. nomi. Deus omnia ad seipsum conuertit: ergo nullus eum odio habere potest.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. & Ioan. 15. Nunc autem, & uiderunt, & oderunt me, & patrem meum, &c.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex supra dictis patet, odium est quidam motus appetitiue potentie, qui non mouetur, nisi ab aliquo apprehenso. Deus autem dupliciter ab homine apprehendi potest. Vno modo, secundum seipsum, puta, cum per essentiam uidetur. Alio modo, per effectus suos, cum, in inuisibilia Dei per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur. Deus autem per essentiam suam est ipsa bonitas, qua nullus habere odio potest, quia de ratione boni est, ut ametur: & ideo impossibile est, quod aliquis uideans Deum per essentiam eum odio habeat. Sed effectus eius aliqui sunt, qui nullo modo possunt esse contrarij uoluntati humane: quia esse, uiuere, & intelligere, est & appetibile, & amabile omnibus, que sunt quida[m] effectus Dei.

Vnde et secundum quod Deus apprehenditur, ut actor horum effectuum, non potest odio haberi. Sunt autem quida[m] effectus Dei, qui repugnant inordinate uoluntati, sicut iustitio pena, & etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam, que repugnat uoluntati deprauate peccatorum: & quantum ad considerationem talium effectuum ab aliquibus Deus odio haberi potest, in-

trahitur à nobis amator eadem ratione, qua nec ipsi effectus possunt odio haberi, vt superius declarauimus: sed ex apprehensione ipsius. vt auctor est effectum duplicitern, potest voluntas odio habere Deum: ita. qd licet apprehensio inchoet ab effectu & Deo vt causa, odium tamen terminat potest ad ipsum Deum secundum se,

quantum. f. apprehenditur peccatorum phibitor. & penarius iustior.

AD PRIMUM ergo dicendū, qd ratio illa procedit quantum ad illos, qui vident Dei essentiam, quae est ipsa essentia bonitatis.

AD SECUNDVM dicendū, qd rō illa procedit quantum ad hoc, qd apprehenditur Deus vt causa illorū effectuum, qui naturaliter ab hominib. amantur, inter quos sunt opera veritatis praeberent suam cognitionem hominibus.

AD TERTIVM Dicendū, qd Deus cōuertit oīa ad seipsum, in quantum est essendi principū, qd oīa in quantum sunt, tendunt in Dei similitudinē, qui est ipsum esse.

ARTICVLVS II.

Vtrum odium Dei sit maximum peccatorum.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur quod odium

Ab horum & hic est terminus odij possibiliter. Non enim oportet odium Dei quocunq; in tantum progredi malum, vt etiam in ipsum Deum secundum se penetrare intendat, pura, quod nollet esse trinitas, & vnam, &c. Ex his autem habes vnde vel accutans, vel ignorantes doctrinam auctoris repellere, vel docere valde, distinguendo de odio haberi in ratione motui, vel terminati tantum: Et dicendo, quod Deus secundum se in ratione motui non potest odio haberi, quia non potest seipsum mouere ad sui odium, cum habeat rationem omnim boni emmenter: sed in ratione terminati potest odio haberi, quoniam velletis iniquae terminus esse potest, quantumcunq; summa bonitas. Dixi autem, terminati tantum: quia Deum secundum se habere rationem vtriusque, respectu odij est impossibile. In cuius signum clare videtur Deus non potest odio haberi, quia secundum se & mouet, & terminat voluntatem nostram.

In eodem 1. ar. dubium occurrit circa illud, Effectus aliqui Dei sunt, qui nullo modo possunt esse contrarij voluntati humanae, vt esse, & viuere &c. Vnde secundū quod Deus apprehenditur vt auctor horum, non potest odio haberi. Contradicimus, inquit Martinus de Magistris, B. Thomae in hac conclusione, & ratione. Cōtra: cum, quod hae Thomae ratio nihil concludit, quia aut intelligit de voluntate ordinata, & nihil concludit: quia multa possunt esse nolle, & nolle, ad quae ordinata voluntas non se extendit: aut de voluntate sine ordinata sine inordinata, & sic falsum affirmatur: quia constat, qd esse, viuere, & intelligere, repugnant voluntati inordinatae. Conclusio vero falsa ostenditur tum ex his, qui inueniunt seipsos: tum quia Deus si cōseruaret vitam, operam quae dant ad inueniendum se, odio haberetur ut auctor vitae illius: tum quia de Iuda scriptum est, Bonum erat ei, si natus non fuisset: tum quia sicut Mithridates odio habuit conseruatum suae vitae contra assumptum venenum, ita odio habuisset quocunq; animatum conseruatum: ut tunc suam vitam.

Ad hoc dicitur, quod sermo formalis omnia soluit, & ostendit veram esse doctrinam hanc. Esse namque, & viuere, & huiusmodi, duplitem considerari possunt. Primo, secundum id quod sunt: secundum secundum aliquid eis adiunctum. Si considerentur esse secundum se, sic cum nihil habeat in se fugibile, non potest odio haberi: si vero considerentur secundum adiunctam sibi miseriam, vel poenam, vel quocunq; aliud contrarium voluntati alicuius, sic potest odio haberi. Et quia primo modo consideratur per se, & formaliter, secundo autem modo per accidens: ideo doctrina auctoris primo modo loquens, non est impugnanda, sed veneranda, & explicanda pro minus enudis. Est igitur literae huius conclusio & ratio, qd quia isti effectus, f. esse, viuere, &c. nihil in se continent contrarium humanae voluntati suae ordi-

natae, sine inordinata: ideo nec ipsi secundum se, nec Deus, vt auctor eorum secundum se, potest odio haberi. Et ratio quidem stat solida, & efficax, quia impossibile est odio haberi, nisi contrariū. Nulli autem voluntati quantumcunq; inordinatae contrarium est esse, aut viuere secundum se, quamuis sit alicui contrarium secundum aliquid ad iunctum in re, vel apparentia. Et per hoc patet solutio omnium obiectionum. Nam intermentibus seipsum, & Mithridati, & damnatis, & Iuda: abominabilis erat vita propter adiunctam miseriam, & Iuda melius in veritate fuisse non esse natum, propter adiunctam iniquitatem, & maiorem miseriam. Distinctio ergo per se, & per accidens, hoc est per aliud, omnia tibi in hac materia aperiet.

Dei non sit maximum peccatorum. Grauius enim peccatum est peccatum in Spiritum sanctum, quod est irremissibile, vt dicitur Matth. 12. sed odium Dei non comparat inter species peccati in Spiritum sanctum, vt ex supra dictis patet: ergo odium Dei non est grauius peccatum.

2 Praeterea. Peccatum consistit in elongatione à Deo: sed magis videtur esse elongatus à Deo infidelis, qui nec Dei cognitionem habet, quam fidelis, qui saltem quamuis Deum cognoscat, ipsum tamen odio habet: ergo videtur, quod grauius sit peccatum infidelitatis, quam peccatum odij in Deum.

3 Praeterea. Deus habetur odio solum ratione suorum effectuum, qui repugnant voluntati, inter quos praecipuus est poena: sed odire poenam non est maximum peccatum: ergo odium Dei non est maximum peccatum.

Q. 14. ar. 2. Super quasio. trigintaquarta. articulum secundum.

IN artic. 2. eiusdem 34. quart. recolito, quod iuxta superius dicta, sicut dupliciter consideratur amor, f. secundum concupiscentiam, & secundum amicitiam, & secundum

amorem concupiscentiam terminatur ad rem concupitam, secundum amicitiam ad personam cui concupiscitur: ita dupliciter sumitur odium, secundum abominationem, & terminatur ad rem contrariam: & secundum inimicitiam, & terminatur ad personam, cui malum volumus. Et intelligenda est differentia haec terminorum formaliter ex hoc, quia persona vt sic, est obiectum odij, & inimici neque res vt sic, obiectum odij abominationis, sicut in amore concupiscentiae, & amicitiae contingit, ita quod si quandoque persona contraria appetitui nostro occurrat, quam tamen aliter amamus, habetur odio abominationis, vt habet rationem rei contrarij nobis, vt patet de matre odiente vitam filiae, pro qua à viro suo despicitur, cui tamen filij bene facit continue. Ex hac autem differentia sequitur, quod odij actus dupliciter exprimitur, scilicet per ly nolle aliquid, & per ly malum velle alicui. Vt enim terminatur ad rem, & habet rationem refutantis, & abominantis, exprimitur per voluntatis actum, qui est nolle illud, vt in exemplo dato, mater deliberat nolle vitam filiae contrariam amori concupiscentiae, quo vult se amari à viro. Vt autem terminatur ad personam, & habet rationem inimicitiae, exprimitur per velle malum illi persone: quod in exemplo dato non habet directe locum, quia non vult mater filiae secundum se malum mortis, in cuius signum infirmam fouet, & adiuuat, vt viuat, sed est consideranda via redundantis, quoniam odium abominationis quando terminatur ad personam sub ratione rei, sed formaliter refuset contrarium amori concupiscentiae redundat tamen in contrarium amori amicitiae, vt in exemplo dato, licet mater refuset vitam filiae, vt contrarium amabilitati propriae à viro, tamen ex hoc conuenitur, quod magis amat se gratam viro, quam vitam filiae, ac per hoc vult potius filiae malum mortis, quam sibi malum minoris gratiae coram viro: & sic per viam redundantis odium abominationis, quando est ad rem: quae est persona, vel aliquid eius aliquo modo sine re, sive ut possessio, vel huiusmodi, est etiam odium inimicitiae. Ex his autem habes, & quod Deus odio habetur à peccatore, primo, ut res contraria suae peruerse voluntati, & hoc dupliciter. Primo participatiue, cum transgressio sit praceptorum: secundo formaliter, cum peruenit ad ipsum peccatum odij Dei. Cum enim aliquis furatur voluntarie, refutat praceptum Dei, ac per hoc interpretatiue refutat Deum prohibentem illius, ut contrarium suae voluntati, quia vult habere alienum. Si autem in tantum malitia excreuerit, ut in ipsam prohibentem dirigat actem intentionis, iam odium abominationis est Dei, vt est res contraria amori concupiscentiae. Et quia, vt dictum est, odium abominationis personae redundat in odium inimicitiae eiusdem: ideo in quolibet peccato participatiue clauditur odium Dei vtroque modo. l. q.

Secunda Secunda S. Thomae. M refutatur